

ris flagitia, ob quæ justissime hanc poenam tulit, refert Regino lib. 2. Chroniconum. Potuit autem tempore Joannis VIII. vivere hæc femina, quoniam Hadrianus II. qui inter Nicolaum I. & Joannem VIII. intercessit, quintum sui Pontificatus annum non implevit.

PITH. 2. Cnidam Episcopo.] V. C. Luitberto Archiepiscopo Magunt. Engeltrudam.] xi. q. 3. c. 10. Rhegino lib. 2. an. 866. Effe.] Abest à V. C.

GRATIAN. 30. Unde datur intelligi, quod anathematizati intelligendi sunt non simpliciter à fraterna societate, sed etiam à Corpore Christi (quod est Ecclesia) omnino separati.

AN TESTES DE DOMO ACCUSATORUM SINT PRODUCENDI, ET INIMICORUM VOX SIT AUDIENDA.

QUÆSTIO V.

GRATIAN. 30. Quid verò testes de domo accusatorum producendi non sunt, & quod vox inimicorum non sit audienda, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim

I. CALIXTUS Papa, Epist. 2. ad Episcopos Gallie. [an. 222. Româ in Galliam.]

Confanguei, & familiares advenas extraneos testimonium non dicant.

Confanguei a accusatoris b adversus extraneos testimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeutes: sed si voluerint, & invicem consenserint, inter se parentes tantummodo testificentur, & non in alios.

II. Item ANACLETUS Papa, Epist. 3. c. 5. [an. 104. Româ ad omnes Episcopos.]

Nuper inimici, accusatores, vel testes esse non possunt.

Accusatores a, & testes esse non possunt, qui ante hereternum diem, aut nudiustertius inimici fuerunt; ne irati nocere cupiant, vel læsi se ulcisci velint. Inoffensus igitur accusatorum & testium affectus querendus est, & non suspectus.

III. Item SYMMACHUS Papa in V. Synodo Romana sub ipso habita. [an. 503. Româ.]

Accusatoribus a verò inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis immorantur, aut suspecti sunt, non credatur; ne irati nocere cupiant, ne læsi ulcisci se velint. Si quis hæc, quæ hodie in hac sancta Synodo prohibita sunt, infringere præsumperit, aut voluntarie transgredi tentaverit; si Clericus est, gradu proprio penitus careat: si verò Monachus, aut Laicus fuerit, communione privetur: & si non emendaverit vitium, anathemate feriatur. Secretas verò insidias, vel manifestas Pontificibus à quibuscumque illatas, vel ea, quæ hujus sanctæ Synodi sententia complectitur, si quis ad Ecclesiæ pertulerit notitiam, potiarum honore: & hi, qui adversa eis moliantur (sicut à sanctis Patribus dudum statutum est, & hodie Synodali, & Apostolica auctoritate firmata) penitus abjiciantur, & exilio (suis omnibus sublati) perpetuo tradantur.

PITH. 1. Accusatoribus.] Paulus lib. 5. sent. tit. 18.

IV. Item PONTIANUS sanctæ & universalis Ecclesiæ Episcopus, Epist. 2. omnibus Christianis. [an. 235. Româ.]

Qui non possunt esse accusatores, vel testes.

Suspectos a, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos, qui non sunt bonæ conversationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidem, accusatores esse, & testes, & antecessores nostri Apostoli prohibuerunt; & nos eorum auctoritate submovemus, atque futuris temporibus excludimus.

CORR. ROM. a Apostoli.] Sic est emendatum ex Vaticanis codicibus: Antea enim legebatur, Apostolici: originale autem impressum sic habet; & antecessores a nostri Apostolica repulerunt auctoritate, & nos submovemus, atque futuris, &c.

PITH. 2. Et Antecessores &c.] Ita V. C.

V. Item EUSEBIUS Episcopus Galliarum, Epist. 1. [an. 307. vel 312. Româ in Galliam.]

Ab accusationibus Clericorum repellantur, quos Leges seculi non admittunt.

DE accusationibus a Clericorum, super quibus mandastis, scitote à tempore Apostolorum in hac sancta Urbe servatum esse, accusatores, & accusationes, quas exterarum consuetudinum leges non asciscunt, à Clericorum accusatione submotas. Idcirco, & nos sequentes a Patrum vestigia pro salutatione servorum Dei, quascumque ad accusationem personam Leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum, & nos licentiam submovemus: & nullæ accusationes à Judicibus audiantur Ecclesiasticis, quæ Legibus seculi prohibentur.

PITH. 3. Exterarum.] V. C. extera.

VI. Item PELAGIUS Papa II. Episcopus Italia. [an. 582. Româ in Italiam.]

Alienigena, & quos divina voces mortuos appellant, Episcopos accusare non possunt.

Canonica a sanctorum Patrum statuta (ne columnæ sanctæ Ecclesiæ vacillent) sequentes, ac roborantes, omnes infames, cunctosque suspectos, vel inimicos, & eos, qui non sunt eorum gentis, vel quorum fides, vita, & libertas necitur, & qui non sunt bonæ conversationis, vel quorum vita est accusabilis, ab omni accusatione Episcoporum funditus submovemus. Similiter & omnes, quod divine Leges mortuos appellant, submovendos esse ab eadem accusatione & publicæ poenitentiae submitteudos judicamus.

VII. Item EX SYNODO ROMANA, habita sub Hadriano Papa I. [an. 785. Româ.]

A Clericis repellantur accusationes, quas Leges seculi non asciscunt.

Accusationes a, & accusatores, atque eorum b negotia, quæ seculares non asciscunt Leges, Divina, ac Synodica funditis à Clericis repelluntur auctoritate censemus: quia indignum est Superiores pati ab Inferioribus, quæ Inferiores ab eis pati desipiunt.

CORR. ROM.] Caput hoc, & c. neminem, infra ead. q. 6. quæ citantur ex Synodo Romana, extant in Capitulis Hadriani: ea autem expressius etiam appellantur Synodi nomine infra 5. q. 3. in principio.

VIII. Item STEPHANUS I. Romanæ Ecclesiæ Episcopus omnibus Episcopis, Epist. 2. de accusationibus Sacerdotum, c. 3. [an. 255. Româ.]

Nec Servus, nec Libertus, nec infamis, Episcopos accusare præsumant.

Accusatores a, & accusationes, quas seculi Leges non recipiunt, & Antecessores nostri prohibuerunt, & nos submovemus. Nullus enim alienigena, aut accusator fiat eorum, aut Judex. Unde & de Loth scriptum est: Ingressus es ut advena, nunquid ut iudices? Accusator autem nostrorum b nullus sit Servus, aut Libertus, nullaque suspecta persona, aut infamis.

IX. Item EUSEBIUS Papa, Epist. 2. ad Episcopos Thulcie. [an. 307. vel 312. Româ in Thulciam.]

Infames, qui ad Sortilegos, & Divinos concurrunt, nec accusatores, nec testes esse possunt.

Constitutimus a iterum, firmantes cana Patrum statuta, cum omnibus, qui nobiscum sunt Episcopis, sicut dudum decretum reperimus, ut homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminoli, domestici, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu qui ad Sortilegos b, Divinosque c concurrerunt, similesque eorum nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi, quia infames sunt; & justè repellendi, quia fœnesta est vox eorum.

X. Item JULIUS Papa I. in Rescripto ad Orientales, c. 33. [an. 337. Româ.]

Suspecti, aut gratiosi ad accusationem non admittantur.

Similiter a in jam præfixa Synodo est decretum, ne suspecti, aut infames, aut criminosi, aut gratiosi, vel calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores; sed tales, qui omni careant suspicionem.

XI. FELIX Papa II. Epist. 1. c. 14. [an. 356. Româ in Agyptum.]

Qui inimicitias studet, vel facile litigat, nec accusator, nec testis esse potest.

Nullus a Servus, nullus Libertus, nullus infidelis b, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitias studet, nullus qui frequenter litigat, & ad accusandum, vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica Leges publicæ non admittunt, permittantur Episcopos accusare.

XII. Item CALIXTUS Papa I. Epist. 2. ad Episcopos Gallie. [an. 222. Româ in Galliam.]

Familiares, suspecti, de domo prodeutes non recipiantur in accusatione.

Accusatores a vel testes suspecti non recipiantur, nec familiares, vel de domo prodeutes, nec etiam confanguinei accusatoris adversus extraneos testimonium dicant: quia a propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet. Amor carnalis, & timor, atque avaricia perierunt sensus hebetant humanos, & pervertunt b opiniones, ut questum pietatem putent, & pecuniam, quasi mercedem prudentie.

PITH. 4. Quia.] Paul. lib. 5. Sentent. tit. 17.

XIII. Item PELAGIUS b Papa II. Epist. 1. c. 4. [an. 582. Româ in Campaniam.]

Qui inimici, vel suspecti sunt, & qui odio quoslibet insequuntur, ab accusatione removeantur.

Proclus ad Domnum, in art. 14. Concil. Calched. Ansel. l. 3. c. 6.

XIV. Item PASCALIS Papa. [fortè c. an. 1100. Româ.]

De eodem. P A L E A.

Nulli Episcoporum a ab accusatione sua repellere liceat, quos, antequam a ab eis impetretur, à sua communi familiaritate neglexerit separare.

CORR. ROM.] In uno peyvetusto exemplari Gratiani, à quo plerique Paleæ abunt, Caput hoc habetur, non hic, sed supra. II. q. 7. post c. B. Petrus & Paulus, ubi etiam citatur ex Paschali II. Quos antequam.] In eodem codice legitur, quos, & antequam ab eis impetretur à sua communi familiaritate neglexerunt separare. In aliis verò nonnullis, in quibus hæc Palea habetur hoc loco, legitur, quos, antequam ab eis se impetendos cognoscerent, à sua, &c. In Decretalibus autem non multo secus, antequam se ab eis impetendos cognoscerent, à sua, &c.

GRATIAN. 30. Quid verò inimici ab accusatione prohibeantur, inde est, quia eorum calliditate, innocencia frequenter opprimi solet. Sed cum Athanasius a suæ cathedræ reddi præcipitur, quia de inimicitia sui Patriarchæ conquestus est, patet quod etiam manifesta crimina alicujus sint, non tamen condemnandus est accusatione inimici. Unde scribit

ANASTASIUS. I. FABIANUS Papa Hilario Episcopo, Epist. 3. c. 4. [fortè an. 252. Româ.]

Ubi crimen admittitur, ibi causa ventilatur. Ibi a temper causa agatur, ubi crimen admittitur; & qui non probaverit b, quod obicit, poenam, quam intulerit, ipse patitur.

PITH. 1. Ibi.] Non diffimiliter Anianus ad l. 10. § 11. C. Theod. de accusat.

II. IDEM eadem Epist. c. 2. [fortè an. 252. ibid.]

Accusatus non nisi in foro suo audiatur.

Si quis Episcoporum a super certis accusetur criminibus, ab omnibus audiatur, qui sunt in provincia sua b, Episcopis: quia non oportet accusatum alibi, quam in foro suo audiri.

PITH. 2. Sua.] Abest à V. C.

III. Item FABIANUS ibidem c. [fortè an. 252. Româ.]

De eodem.

Pulsatus a ante suum Judicem causam dicat; & ante non suum Judicem pulsatus, si voluerit, taceat. Pulsatis verò, quoties appellaverint, inducitur. PITH. 3. Pulsatus.] Sentent. l. 4. Cod. Tb. de Jurisid.

IV. STEPHANUS I. Sanctæ & Apostolicæ, atque universalis Ecclesiæ Romanæ Episcopus omnibus Episcopis, Epist. 2. c. 7. [an. 255. Româ.]

Intra provinciam, & ad Comprovinciales tantum causa est audienda.

Ultra a provinciarum b terminos accusandi licentia non progrediatur: sed omnis accusatus intra provinciam audiatur, & à Comprovincialibus terminetur, nisi tantum ad Apostolicam Sedem fuerit appellatum.

V. Item SIXTUS Papa I. Epist. 1. ad Gratianum Episcopum. [fortè an. 258. Româ in Africam.]

A Comprovincialibus accusatus, vel iudicatus, Apostolicam Sedem appellat.

Accusatus a, vel iudicatus à Comprovincialibus in aliqua causa Episcopus licenter appellat, & adeat Apostolicæ Sedis Pontificem, qui aut per se, aut per Vicarios suos eidem retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur Episcopus: quoniam quamquam Comprovincialibus b Episcopis accusati causam Pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire c inconsulto Romano Pontifice permittuntur.

PITH. 4. Exterarum.] V. C. extera.

ex tota illa actione 14. facile constat) Athanasius in ea causa erat actor, qui restitutionem peteret (quippe cum, licet in Concilio Antiocheno deponitus, postea tamen per Dioscorum Episcopatum recuperasset, tuncque possideret) sed Savinianus, qui post Athanasii depositionem in ejus locum à Metropolitaniano, & Comprovincialibus Episcopis factus, ab eodem Dioscoro eiectionis fuerat, ideoque restitui sibi Episcopatum petebat. In ipso autem Concilio Calchedonensi statutum fuit, ut (quando Athanasius diceret se ad Concilium Antiochenum ter vocatum ideo non venisse, quod Dominus eo tempore Patriarcha Antiochenus sibi inimicus esset) Savinianus quidem maneret in Episcopatu, interim verò causa Athanasii apud Maximum tunc Antiochiæ Patriarcham ageretur: atque intra octo menses cognosceretur, an Athanasius crimen depositionis dignum commisset: ac, nisi commississe constaret, suus illi Episcopatus redderetur. Ex quo toto facto Nicolaus partem illam accepit, quæ ad rem suam optime faciebat.

PATET ergo quod, etiam manifesta sint crimina alicujus, tamen accusatione inimici condemnandus non est.

AN EXTRA PROVINCIAM REUS SIT PRODUCENDUS.

QUÆSTIO VI.

EXTRA Provinciam autem Reus nullatenus est producendus. Unde scribit

GRATIAN. 1. Pars.

I. FABIANUS Papa Hilario Episcopo, Epist. 3. c. 4. [fortè an. 252. Româ.]

Ubi crimen admittitur, ibi causa ventilatur. Ibi a temper causa agatur, ubi crimen admittitur; & qui non probaverit b, quod obicit, poenam, quam intulerit, ipse patitur.

PITH. 1. Ibi.] Non diffimiliter Anianus ad l. 10. § 11. C. Theod. de accusat.

II. IDEM eadem Epist. c. 2. [fortè an. 252. ibid.]

Accusatus non nisi in foro suo audiatur.

Si quis Episcoporum a super certis accusetur criminibus, ab omnibus audiatur, qui sunt in provincia sua b, Episcopis: quia non oportet accusatum alibi, quam in foro suo audiri.

PITH. 2. Sua.] Abest à V. C.

III. Item FABIANUS ibidem c. [fortè an. 252. Româ.]

De eodem.

Pulsatus a ante suum Judicem causam dicat; & ante non suum Judicem pulsatus, si voluerit, taceat. Pulsatis verò, quoties appellaverint, inducitur. PITH. 3. Pulsatus.] Sentent. l. 4. Cod. Tb. de Jurisid.

IV. STEPHANUS I. Sanctæ & Apostolicæ, atque universalis Ecclesiæ Romanæ Episcopus omnibus Episcopis, Epist. 2. c. 7. [an. 255. Româ.]

Intra provinciam, & ad Comprovinciales tantum causa est audienda.

Ultra a provinciarum b terminos accusandi licentia non progrediatur: sed omnis accusatus intra provinciam audiatur, & à Comprovincialibus terminetur, nisi tantum ad Apostolicam Sedem fuerit appellatum.

V. Item SIXTUS Papa I. Epist. 1. ad Gratianum Episcopum. [fortè an. 258. Româ in Africam.]

A Comprovincialibus accusatus, vel iudicatus, Apostolicam Sedem appellat.

Accusatus a, vel iudicatus à Comprovincialibus in aliqua causa Episcopus licenter appellat, & adeat Apostolicæ Sedis Pontificem, qui aut per se, aut per Vicarios suos eidem retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur Episcopus: quoniam quamquam Comprovincialibus b Episcopis accusati causam Pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire c inconsulto Romano Pontifice permittuntur.

PITH. 4. Exterarum.] V. C. extera.